H. Finnsson,
Jus Ecclesiasticum Vicense.
Curæ posteriores
I-II.

α και ω!

CURAS POSTERIORES IN JUS ECCLESIASTICUM VICENSIUM

CONTINUATAS,

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTET

JOHANNES FINNÆUS,

ET DEFENDET

CONSOBRINUS ORNATISSIMUS

JONAS JONÆUS

PHIL. BACCAL.

IN AUDITORIO



ad diem Junii 1765.

Hafniæ, Typis L. N. SVARE.

IMPRIMATUR

B. MöLLMANN.

I.

Duobus abhinc annis prodiere CURÆ meæ POSTERIORES IN JUS ECCLESIASTICUM VICENSIUM, occaſione ut plurimum Editionis iſtius Juris Upſaliæ iteratæ. Sed qvamvis talis anſa non impellat, multa tamen in illo Jure adhuc emendanda & illuſtranda reſtant, qvæ ſublegenda mihi eò magis puto, qvò minus mihi in majori opere edendo tempus ſuppetit, & qvo ſanctius mihi incumbit officium publice teſtandi gratum meum animum erga Virum, multis eruditionis documentis famigeratum, Dominum GUNNAREM PAULI, Eccleſiæ Hiardarholtenſis Dalenſium in Islandia Paſtorem & vicinarum Præpoſitum, qvi, pro ſuo in Antiqvitatum litteras amore, & in me amicitia, *Obſervationes qvasdam in Notas Criticas M. OL. BERONII* &c. mihi communicavit. Qvas luce publica digniſſimas, cum anguſta hæc pagina capere non poſſit, bona *Ejus* venia qvasdam tantum, meis interſpergere liceat.

§. 1.

Verſionem Inſtrumenti cujusdam admodum antiqvi paraturum, multis cautelis magnaqve circumſpectione opus habere, ex experientia didici. Præter terminos (ut appellant) Artis, genius etiam textûs Originalis, qvantum poſſibile, ſervandus eſt, nec officio ſuo ſatisfeciſſe interpretem tenendum eſt, qvamvis ſenſum ſui Authoris qvadantenus expreſſerit, niſi & craſin & gradum expresſionis (ut ita dicam) aſſecutus fuerit. Ne res careat exemplo, notetur tantum J. E. V. Pag. 15. lin. 15. (a) *exſtat*, pro, (*præſto*) *eſt*. Pag. 19. *ſi infantis alioquin mors ethnica erat timenda*, pro, *potius qvam illorum infans ethnicus moriatur*. Pag. 20. *baptizentur*, pro, *baptizati eſſe debent*. ibid. lin. 2. *templum*, pro, *ſuſceptionem* (b) ibid. antepenult: *fundo*, pro *prædiis*. Pag. 21. *famulitia coacta*, pro, *mancipia*. ibid. *tunc ſeorſim pro illa dependatur multa qvæ etiam pro liberis ejus valeat*: pro: *illa tertiam pro ſe & ſuis liberis multam dependat*. Pag. 24. *Si vento arbor proſternitur & in pecus cadit, tum, modo ſanguis erumpat, erit edule, ſin minus, non edatur:* pro, *ſi ventus arbores in pecus proſtraverit, & pro arbore ſangvis eruperit, tunc in uſum vertatur, ſi ſangvis non eruperit, rejiciatur*. Plura adferre ſuperſedeo cum ſenſus idem circiter ſit, qamvis textus non exacte prematur (c).

§. 2.

(a) Hic & infra ubiqve ſermo eſt de Juris Eccleſiaſtici Vicenſium Editione Havnienſi.

(b) Vide Syllogen vocum ad finem J. E. V. voce *haſning*.

(c) conf. J. E. V. pag. 11. §. 7.

§. 2.

Seqventia majoris sunt nomenti: Manzhandaverk (d) redduntur, jam per *vim humanam*, jam per *contrectationem hominis*, jam per *cædem ab homine;* Ex varietatis captatione, oriunda hic & alibi est vocis inconstantia. Pag. 13. lin. 8. vox *enim* est omittenda. Pag. 16. lin. 9. *supponitur eos non meminisse* &c. pro, *tum nec meminerunt* &c. Pag. 23. lin. 17. *suffocatur*, pro, *rumpitur* vel *deficit*. Pag. 17. *vel suffocatus est vel strangulatus*, pro, *vel strangulatus est vel suffocatus*. Pag. 8. *indicatum* pro *indictum* Pag. 42. lin. 11. & not. 81. ut & Cur. Poster. §. 4. lita, pro, lyta. Pag. 20. Johans voku (e) pro Johnsvako Pag. 16. lin. 10. rett, pro rect. Pag. 13. framme, pro, framan. Pag. 58. lin. 1. post Stefnu, addendum: Efthan sitia um. tha boti thriar merkr. Nu skall gera hina fiortho fiogurra manothr stefnu. (f) Plura adferre piget, unde ad illa quæ magis placebunt sermo est convertendus, Etymologiam scilicet vocis fongr, occasione J. E. V. pag. 32. & occupationem terræ per ignem, occasione *Cur. Poster.* §. 14. *Pag.* 18.

§. 3.

De vocis Arrilds, Arilds vel Arellds origine ex arin deducenda meditatus, legi immortalis GRAMMII Tractatum de

(d) Opera hominis.

(e) Consentit. & Membrana in fine Cur. Poster. laudata.

(f) Omnia Exemplaria habent.

de hac voce (g), ubi non ſolum omnia qvæ collegeram vidi, ſed & plurima alia qvæ cæteroqvin mihi non forent videnda. Sed deſiderat ibi Vir magnus probationem aſſertionis G. ANDREÆ, occupationi ſc. prædiorum adhibitum fuiſſe ignem, qvam aſſertionem qvoqve meam feci *Cur. Poſter.* pag. 18. & hinc qvoqve ejus a me reddenda eſt ratio. Amedan Sæmundr for ellde um landnam ſitt (h) *interea dum Sæmundus occupandam a ſe terram igne luſtravit;* ſive ex mente ARNGRIMI JONÆ: (i) *dum portabat ignem circa territorium ſuum occupatum.* Oc ward tha Onundr ſkiotare oc ſkaut med Tundr-Or yfer um Ana, helgade ſer ſwa Landit: (k) *Onundus illum prævertit, & haſtam ignitam trans amnim jaculatus eſt, qva territorium iſtud ſibi ſanctificavit.* Helge — nam allan Eyafiord millim Sigluneſſ oc Reinisneſſ, oc gordi Elld mykin vid hvern Vantns Os vid Sio, oc helgadi ſer ſva allan Fiord Neſſa a milli: (l) *Helgo — totum ſinum Eyafiord inter promontoria Siglunes & Reinisnes occupavit, magnumqve ad mare in cujusvis fluentis oſtio rogum incendit, & ita totum ſinum inter promontoria comprehenſum ſibi ſanctificavit.* Um that Land for Jorundr Ellde oc lagde til Hoffins: (m) *Territorium iſtud igne luſtrans Jorundus fano vindicavit.* Hæc ſatis ſuperqve demonſtrant, G. ANDREÆ non ex myſteriorum affecta-

(g) Script. Societ. Reg. Scient. Havn. Tom. 3. Edit. Latin.
(h) Landnama S. Pag. 96.
(i) Citant. Gramm. Act. Societ. Reg. Scient. Havn. Tom. 3. pag. 401.
(k) Landnama S. Pag. 99.
(l) Landnama S. Pag. 107.
(m) ibid. Pag. 153.

affectatione, sed *plurimis* documentis suffultum asseruisse, veteres septentrionales, igne symbolice usos fuisse in occupatione terræ nullius. Adferam tamen adhuc duo loca qvæ probabunt ritum hunc lege fuisse sancitum, & non solum ad primam occupationem sed & mutationem dominii pertinuisse, summiqve fuisse valoris. En illa: Theim Monnum er sidar kvamo ut, thokto hinir hafa numit ofmykit Land oc ofwida er fyrr kvamo. En a that sætti Haralldr Kongr tha hin Harfagri, at eingi skylldi vidara nema, enn han mætti Elldi yferfara a degi med Skipverium sinum. Menn skylldo Ellda gora tha er Sol væri i austri. Thar skylldi gora adra Reyki sva at hvora sæi fra odrum. En their Elldar er gorvir varo tha er Sol væri i austri skylldi brenna til Nætr. Sidan skylldo their ganga til thess er Sol væri i Vestri oc gora thar adra Ellda: (n) *postea huc appellentibus visum est illos qvi antea venerant nimis longe lateqve territoria occupasse. Rex autem Haraldus Pulchricomus ita inter illos composuit, ut nemo majus occuparet* (territorium) *qvam ipse suis cum nautis unico die lustrare posset. Ignes dum sol in oriente esset incenderentur, pluresqve fumi* (hinc inde) *fierent ita, ut unus ab altero conspici posset. Ignes autem qvi sole in oriente* (adhuc) *versato incensi essent, in noctem usqve arderent. Postea usqve dum sol in occidente esset, iter facerent, ibiqve* (ubi tunc consisterent) *alios ignes incenderent.* Ekki er her nu leingr at vera, komit hefir ec nu Elldi a Thverar land, oc gori ec thic a brott med allt thitt, oc er helgat Landit Einari Syni minum.

(o) *Hic*

(n) Landnama S. Pag. 148.

(o) *Hic diutius non est manendum, territorium enim Thveraaense igne lustravi, qvare te cum omnibus tuis hinc abigo, territorium enim Einari filio meo est sanctificatum s. vindicatum.* Qvinimo; ubicunqve existit, nam Land & helgade ser Land, *territorium occupavit* vel *sanctificavit*, igne lustratum esse intelligo, nam alias semper indicatur modus occupationis tanqvam extraordinarius. (p)

§. 4.

Dubitat qvoqve Per-Illustr. GRAMMIUS hunc ignem fuisse sanctum (q), sed præter sanctitatem effectus in omnibus locis jam allatis, expressis verbis indicatum, etiam citat BIORNO de Skaardsaa seqventia (r): Han hafde nu farit Eldi oc Arni yfir Landit: *Territorium igne & foco SACRO lustraverat.* Ut taceam cultum ignis septentrionalibus antiqvis haud insolitum (s). Hæc qvæ attuli excusabunt certe ingeniosissimum G. ANDREÆ & monstrabunt illum habuisse rationes, qvibus induceretur ad asserendam originem vocis Arelldotto esse Arin; sive sit Ar-Eldes

(o) Wiga-Glums S. Cap. 26.

(p) Varii tales enumerantur ad Jurisprudentiam Symbolicam pertinentes. conf. Landnama S. Pag. 94. 97. 121. 124. 141. 137 &c.

(q) Script. Societ. Scient. Havn. Tom. 3. Pag. 400.

(r) Glossar. Jurid. voc. Kalldafol.

(s) conf. PAULI WIDALINI Glossar. Jurid. voc. Vika Laugardagr. MALLET Introduction à l'Histoire de Dannemarc livr. 2. & 3.

Ar-Eildestid, five Arenstid; mutato n in l, Exemplo utique freqventiſſimo. Islandi cujusdam Anonymi Etymologia ab Illuſtriſſ. GRAMMIO allata, ſi mendo caret, eſt abſona, Are enim eſt *aqvila* & circumportatio altarium per integra territoria non eſt veriſimilis, ut compoſitionem vocis antiqvæ Arin cum hodierna Danica Ild taceam. Cæteras in medio relinqvo.

§. 5.

In Gloſſario Juridico ſummi qvondam Antiqvarii & Nomophylacis in Islandia Boreali & Occidentali, PAULI WIDALINI vocab. Lyrittar inter alias voces qvarum Etymologia inveſtigatu eſt difficilis occurrit vox Kongr, unde colligo illum Eruditiſſimi O. SPERLINGII ſententiam (t) improbaſſe. Non eſt qvod certitudinem in eruenda etymologia vocum ubiqve expectemus, extant tamen loca qvæ vocem Kongr, Konungr, Kungr, Kunungr vel Kynungr indigitant. Ita enim Kununga oc Høfdinga Styrilſe (u): Kunungær haver Namn af Kyni ſino at ey ma Kunungær utan af godo Kyni komin vara: *Rex* (Kunungær) *nomen habet a ſuo genere* (Kyni) *Rex enim niſi ex nobili ſtemmate oriundus eſſe non debet.* Familiæ *Riki*, nomen Regis SNORRO qvoqve STURLÆUS aſſignat his verbis:

B Moder

(t) In Commentario de nomine &c. Konning pag. 113.

(u) Pag. 12. Authoritas Collegii Antiqvitt. Svec. (An Schæfferi?) hunc librum tribuit Pro-Regi Sveciæ & Regis Magni Nutricio, Thorchillo de Lena, qvi Sec. 13. exeunte vixit, ut & DALIN, Svea-Rikets Hiſtor. T. 2. Cap. 8. §. 29. not.

Moder Dyggva var Drott Dotter Danps Kongs Sonar Rigs er fyrstr var Konungr kalladr a danska Tungo. Hans Ættmenn hofdo avallt sidan Konungsnafn fyrir it ædzta Tignarnafn. Dyggvi var fyrst Konungr kalladr sinna ættmanna: *Mater Dyggvii fuit Drott filia Danpi Regis, filii Riki qvi primus lingva Danica* (x) *appellatus erat Rex* (Konungr). *Cognati ejus nomen Regis continue postea pro summo dignitatis titulo habuerunt. Dyggvius suæ familiæ primus nomine Regis appellabatur.* Ubi nomen Regis Kongr FAMILIÆ *Riki* proprium expresse tribuitur, qvod postea pro dignitatis titulo, *in eadem* tamen *familia* (y) haberi cæpit. Qvid? qvod ut hoc Regis nomen summus in familia dignitatis titulus fuit, ita & *Ynglingi* appellabantur *omnes cognati ejusdem FAMILIÆ qvalescumqve* ut paulo post allata antea verba idem STURLÆUS testatur. GUDMUNDI ANDREÆ sententia cum allata ferme convenit (z). Nonne autem

(x) SPERLINGIUS loc. cit. pag. 101. minus recte hic dialectum Danicam intelligit, tunc enim temporis & diu postea lingva Danica erat lingva toti Scandinaviæ communis vid. P. WIDALIN Glossar. Jurid. voc. Donsk Tunga.

(y) Hanc sententiam adstruere possent á Celeb. SPERLINGIO l. cit. pag. 169 allata. Ut & plura STURLÆI loca ex. gr. post Agnium Regem Upsaliensem ad fratres *dispergebatur dignitas Regia, prout FAMILIA dilatabatur.* Et de nomine *Yngvi* dicit. *illud fuisse ejusdem FAMILIÆ titulum dignitatis.* Adde TACITUM de Mor. Germ. Cap. VII, 1. *Reges ex nobilitate sumunt.*

(z) Non loqvor de Hebræa vel Græca Etymologia, sed Eddica illa in Lexico Auth. sub voce Konungr allata.

autem vox Konungr per analogiam Lingvæ velut Volsungr, Skiolldungr 2c. aptius, qvam ex ungr *juvenis*, deducitur. Loca SPECULI REGALIS huic Etymologiæ adversa, Majestatem officii, potius qvam originem vocis respiciunt.

§. 6.

Post editas Curas Poster. in J. E. V. me Amicus qvidam monuit in lingva Danica hodierna cruorem appellari Svede; unde orta est mihi suspicio, recte monuisse Clar. BERONIUM (aa) de voce Sværita. Certiorem me paulo reddidit Kroka Refs Saga (bb) cui qvamvis fabulosæ, in lingva non omnis deneganda Authoritas, ibi enim exstat: Hrafnt heitr fangadist Sveite *sangvis calidus corro qværebatur.* Sed extra omne dubium posuit D. PAULI: Thar sitr Siurdr Sveitastokkin o: *ibi Sigurdus sedet cruentatus.* præcipue autem loco ex Vita Pauli Apostoli satis prolixo, ubi Acta Concilii Hierosolymitani recensentur & sangvis expresse opponitur Svidda sive τῷ πνικτῷ. Monuit alio loco (cc) communem cum Clariss. BERONIO me errasse errorem, in interpretatione & exscriptione seqventis versus:

Sveiti fell i sollin Sæ
Sangvis cecidit in obrigescens mare

ut rite transfertur (dd).

§. 7.

(aa) Not. Critic. in Jus Eccl. Vicens. Upsal. 1761.
(bb) Cap. 5. Pag. impr. 45.
(cc) Litter. de 19. Septembr. 1763.
(dd) Sic & Dreyra Svell occurrit Wiga Glums S. Cap. 27. Pag. impr. 239.

§. 7.

Coronidis loco adferam dubia Ejusdem Viri contra meam assertionem, Jus hocce Ecclesiasticum a Sigurdo Rege Hierosolymipeta vel Fratre illius Rege Eysteyno sancitum fuisse. Rationes sunt seqventes: 1) Deest Nomen & Titulus Legislatoris ut & occasio, vel mentio consultationis in principio. 2) in fine desideratur nomen Loci & Annus Regni. 3) Silentium scriptorum, imprimis vero ipsorum horum Regum in propriis Laudibus publice de se recitâtis & a STURLÆO recensitis. 4) De decimis tanqvam cuiqve notis, nec ulla de illis juramenti a Sigundo præstiti, mentio fit. 5) Pag. 32. de Rege in tertia persona loqvitur. 6) In fine dicitur *ex memoria recensita.* 7) Qvod appellatur **balkr** non obstat. Hinc colligit; Jus hocce Ecclesiasticum esse collectionem cujusdam privati ex LL & Constitutionibus sui temporis. Qvod & prior asseruerat Author Ephemeridum: Den Svenska *Mercurius* (ee). Qvæ neqve confirmare argumentis, neqve refellere in animo est, ex ingenio suo qvisqve demat vel addat fidem (ff). Temporis vero qvo vixit Author majorem rationem habendam putavi, qvod Laudatus D. PAULI ante Annum 1152 incidisse mecum statuit.

(ee) Mens. Octobr. 1760. Pag. 236. Contrarium autem sentiunt Illustr. & optime de litteratis meritus Editor Libri. Danmarkes og Norges Geistlige og Verdslige Stat. Edit. 3. Pag. 491. & Novell. Litter. Havn. 1763. No. 15. 2.

(ff) Tacit. de Mor. Germ. III. 5.